

THESES,

QUAS

IN EXERCITATIONEM STIPENDIARIORUM,

CONS. EXP. FAC. MEDICÆ

P. P.

Doct. ISRAËL HWASSER,

Med. Pract. Professor,

RESPONDENTE

DANIELE LINDH,

Phil. Mag. Stip. Archen. Wiburg.

In Auditorio Medico, die XII. Novembr. MDCCXXV.

H. a. m. s.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.

Thesis I.

Inter opiniones, quas recentior genuit ætas, attentione medicorum dignissimas merito habemus doctrinam de *contrastimulo*, quam primum exposuit RASORI pluresque dein Italorum medici amplexati sunt amplificaruntque; quoniam latisimum forsitan in praxin medicam ex illa sperare audemus influxum. Quamvis etenim, si theoreticum doctrinæ hujus pretium per se, principiorumque, quibus nititur, dignitatem spectaveris, justum ab omni parte vix ac ne vix quidem sustinuerit examen, quippe quod, origines e systemate dicens Browniano, superficiariam illius induerit naturam, ejusdem in argumentando consequentiæ expers, nulloque propterea pacto taxandi sint Germanorum pathologi, qui suos doctrinæ huicce non addidere calculos; nulli tamen, ubi non modo theoreticum, quem immediate p̄t̄ se fert doctrina hæcce, valorem respexerimus, verum quoque, quibus in datas hucusque regulas præcōs medicæ relationibus gaudeat, quantiasque in his transmutationes aut jam effecerit, aut olim effectura sit, in ipsum theoreticum artis medicæ habitum mediate ita quandoque influxu-
ra, consideraverimus, dubitamus, quin majorem ejusdem utique agnoscamus dignitatem, atque proinde quoque virtutio vertamus quibusdam, præcipue Germanorum, medicis, quod penitus illius examen omnino neglexerint, haud aliter ac si nullus exinde fructus colligendus eset.

Thes. II.

Hujus namque doctrinæ beneficio tribuendum est, quod perversam illam, e Brownianismo sese derivantem et stimulantium usu remediorum conspicuam, quæ in magnis etiam Italiæ

Italie Xenodochiis plerumque antea est adhibita, febres curandi methodum removerit, eoque pacto ad reformationem therapie morborum acutorum, nostro aëvo peractam, sublevandam, auditatemque methodi antiphlogisticae restituendam, conduixerit. Quod si enim vel ultro datum fuerit intra Italie pomoeria hunc effectum fuisse restrictum; negari tamen non poterit, abusum Stimulantium in illis regionibus, ubi in praxin Medicam vim exserere quandam valuerit haecce doctrina, perfectius esse sublatum, quam in Septentrionalibus Europæ partibus, quoniam hic, quamvis jam pauci admodum vel nulli Systema Brownianum palam profiteri audeant, occulta nihilo minus in usum Stimulantium propensio videtur residua, qua factum est, ut foecior et liberior antiphlogisticorum remediorum usus apud nos adhuc desideretur.

Thef. III.

Præter hocce autem negativum meritum, etiam alio quodam gaudet doctrina de contrastimulo, eoque mere positivo, quod quidem summa semper attentione pariter ac ulteriori examine videtur dignissimum. Ponit scilicet fundamenti loco illud principium, in morbis ab inflammatione aut degeneratione pendentibus, organismi receptivitatem ita permutari, ut pharmaca, quorum agendi vis ipsius morbi procesui directe est opposita, eundem nonnisi hac conditione afficere valeant, ut multo majori adhibeantur qantitate, quam sanus organismus preferre potuerit; quare RASORI Ejusque asfeclæ remedia, quibus vim contrastimulandi i. e. antiphlogisticam adjudicant, portionibus haſtenus usque adeo inauditis adhibent, ut sanus homo sibi inde mortem consiceret. Nisi ergo factorum veritatem denegaverimus, quod tamen minime decet, cum testes eorundem habeamus fide dignissimos, eosdemque oculatos, neque locus præterea adsit suspicandi, pharmaca illa adhibita falsificata fuisse aut imperfecte præparata, cum res satis bene sit explorata; experientia omnino, quam nobis in hoc respectu proposuerunt Italorum medici, et theoreticam et practicam dignitatem agnoscere cogimur.

Thef. IV.

Theſ. IV.

Qvum vero novæ, de qua quæritur, doctrinæ patroni
vim contraſtimulandi tribuant plurimis medicaminibus, quibus
alii aut nullam aut parciam tantum ejusmodi facultatem inesse
dictitent, ſequitur eandem ad apparatus antiphlogiſticum am-
plificandum apprime tendere. Eſto namque, huncce pharmaca
antiphilogistica augescendi nifum, longius haud raro, quam
par erat, procesſile; infinitandum tamen non eſt, nonnullis u-
tique pharmacis, quorum in norbis inflammatoriis et degene-
rativis recentiori ævo fuſque deve habita fuit virtus, hero-
ica medicorum Italorum ope reſtitutam fuſiſe auſtoritatem, et
quidem tantam ut ſperandum fit, magna inde methodo anti-
phlogiſtice olim allata fore emolumenta.

Theſ. V.

Perpendentibus itaqtie nobis Britannicæ atque Americæ
medicos, qui ſangvinis detractionibus, Calomele et purganti-
bus finem methodi antiphlogiſtice asſequi ſtudent, eo ipſo vim
medicaminum antiphlogiſticam, prout facultate evacuandi gau-
deant, admittere, Iuū propterea in hac parte procedendi
modum methodi depletoriorē nomine ſalutantes; Italiæ vero
Médicos omnem ſuam in pharmacis, quæ quidem masſam hu-
morum deminuendi nulla pollent facultate, ſed tamen effectum
exferunt antiphlogiſticum, detegendis atque adhibendis operam
collocare; magna utique ad eſte videtur Ipes, diuersos hosce
rem unam eandemque concipiendi modos, utut pro p̄ſentī
nimium quantum divergentes, quandoque tamen ſe invicem
correcturos et ſic ad metam, quorū ambo tendunt, ſummani
ſeſilicet curationis antiphlogiſtice perfectionem, eſe conducturos.